

P. Pignatelli, con ocasion de haber dos novicios terminado la segunda probacion, quiso obtener de Pío VII su consentimiento para que hicieran los votos en Parma; y el Sumo Pontífice, en vista de la agitacion que produjo en España el Breve expedido á favor de los jesuitas de Rusia, tuvo por más conveniente negar aquella peticion.

De todo lo cual puede inferirse que en Parma no pronunciaron los novicios, que allí permanecieron, los votos religiosos; que en Colorno á lo más harían votos de devucion; y solamente al trasladarse á Nápoles á fines de 1804 harían allí los votos del bienio, que los constituyan verdaderos religiosos. Todo esto constará más claro por lo que se dirá en el libro siguiente.

## APÉNDICE AL LIBRO TERCERO

### I

#### CARTA DEL CONDE DE ARANDA Á MONSIEUR L'ABBÉ ISIDORE

Paris 3 de Julio de 1775. — Mui Sr. mio: He recibido la de Vmd. de 1.<sup>o</sup> de Junio, que sin duda me han dirigido desde Leon los portadores respecto á que mudarían de idea sobre venir á Paris. Sin ser Propheta, y años antes al critico<sup>1</sup> llamaba yo á Vmd. l'abbé Isidore. Quien hubiera dicho, que no solo se verificaría, sino que yo avia de ser el que hiziese la fiesta<sup>2</sup>. Nuestro proverbio español dice que en dando en que el perro ha de rrabiar, rrabia. Todo el mundo dió en que el cuerpo Tiratino<sup>3</sup> no convenia. Yo assí lo creo, y cada dia mas vivo persuadido de ello; como que tambien fuera mui util á la cristiandad y al bien de los estados políticos el hacer otro tanto e igual supresion de muchos otros cuerpos de uno, y de dos colores<sup>4</sup>. El de Granaderos ya cayó, mas facil seria pegar con los demas, y no faltarian justísimas razones para ello. Entiendo que llegará su dia, bien que no en los nuestros; y Vmd., apuesto que concibe lo mismo: consuelese con aver abierto el camino y servir de exemplar.

Considero, que un socorriollo podrá aliviar á un abate, y no se oponer á que como proximo se le facilite, maiormente quando ya no es ex

<sup>1</sup> Al del extrañamiento de España.

<sup>2</sup> La expulsión.

<sup>3</sup> Por «Teatino.» Así apodaban á los jesuitas.

<sup>4</sup> Refiérese á los dos colores (blanco y negro) de los religiosos de Sto. Domingo.

illis. Por eso recibirá Vmd. quando esta 400 [libras] de esta moneda á fin de que se arrope, y empeluque; y no me retraigo, de aliviarlo en sus trabajos, como experimentará Vmd. siempre que tenga la confianza de avisarmelos. He cuidado del quondam frāi Joseph<sup>1</sup>, y lo continuaré hasta el fin de sus días con el maior gusto. Un difunto<sup>2</sup> me le avia hecho pasar alguna estrechez, pero se remedió, y no volverá á sucederle.

Si el Santíssimo Padre acabasse de desengañar el mundo de que los muertos no pueden resucitar<sup>3</sup>, creo que les haría un gran bien: y sin este medio no puede prometerse, que sus huesos se trasladen á ser enterrados en su tiempo bajo el sol que nacieron. Lo demás sera un fanatismo que revolverá los Principes hijos de la iglesia; se tendrán firmes sobre lo hecho, y la corte romana no está ya en tiempos que se ande á burlas. Mejor sería, que piense en los repetidos viages que hace á Italia la familia apostólica, y que un dia u otro puede volver á Obispo de Roma, y a la vista del Soberano á quien irá a hacer su corte como qualquiera hijo de vecino, pues le avrá pedido su confirmacion, quando lo huviesen elegido; volviendo á las modas antiguas, que como mas inmediatas á San Pedro, tienen grande recomendacion.

Vmd. tranquilice su ánimo, conformese con la voluntad de Dios, y crea que le estima, y desea servirle. — ARANDA. — Monsieur l'abbé Isidore.

En el catálogo del archivo, en donde se conserva el original de esta carta, se la supone dirigida al P. Isidro López; y el P. Luis Coloma en sus *Retratos de antaño* (cap. XVI) se conforma con lo escrito en aquel catálogo. Yo juzgo que la carta fue escrita no al P. Isidro López, sino al P. Isidoro Cervantes. Á esto me persuade el contenido de la carta: y entre otras cosas lo inverosímil de que Aranda desde París dé conocimiento al P. López, residente en Bolonia, de lo que en esta ciudad era tan público, como fue lo ocurrido con los hermanos Pignatelli.

Menos verosímil es que juzgase Aranda ser el P. López de su mismo sentir acerca de la utilidad de acabar con las otras órdenes religiosas;

<sup>1</sup> El P. José Pignatelli, segun el P. Coloma.

<sup>2</sup> El P. Nicolás Pignatelli. Llamábale «difunto,» porque era uno de los extinguidos. Así el P. Coloma.

<sup>3</sup> La Compañía no puede ser restablecida.

pues carecía de todo fundamento para ello, y le sobraban razones para creer todo lo contrario.

Finalmente aquello de no ser ya *ex illis*, no podía con rigor decirse del P. López, como ni de ninguno de los jesuitas, que hasta que fueron extinguidos permanecieron fieles á su vocación; y cuadraba muy bien á los que vencidos de las penalidades del destierro, abandonaron la Compañía, como hizo el P. Cervantes á su llegada á Bolonia. Esta defeción pudo dar motivo á Aranda para creerle partidario de la extincion de las órdenes religiosas; y su ausencia de Bolonia hace más creíble que el conde le comunicase desde París lo sucedido con el *quondam* frāi José.

## II

## INSTRUCCIONES DADAS POR EL P. VICARIO

## Á LOS PADRES ENVIADOS Á PARMA

1. Quoniam omnipotenti Domino ac Patri misericordiarum placuit Serenissimum Duxem Parmæ ad id cœlesti suo admonitu incitare, ut primus de restituenda in suis ditionibus Societate maximam sollicitudinem atque curam susciperet, eoque fine ex reliquiis eiusdem Societatis mirabili divina opera, sub tutela Augustissimæ Imperatricis Rossiarum servatis, aliquot Socios ab Illa petierit, et obtinuerit; proinde R. V. suique itineris Socii cum ad locum destinatum pervenerint, curabunt quamprimum, Serenissimo Duci, cuius tanta in nos est clementia, debitum honoris atque gratiarum actionis deferre homagium, redditisque meis litteris explorare eius mentem de legitime exequendis iis rebus, ad quas perficiendas sunt evocati.

2. Adeundus est etiam ante omnia loci Ordinarius, cum deferendi honoris atque debitæ submissionis gratia, tum ut ab eo expetant Pastoralem benedictionem, atque, ubi opus fuerit, in exequendis muniis præsentem opem ac benevolum patrocinium.

3. Iam cum nihil obstiterit, instituatur Vice-Provincia Parmensis, omnia iuxta Institutum Societatis quam religiosissime observando. Præcipue ad præsentem casum sequentia:

4. Ab omnibus iis, qui se denuo ad cōtum Societatis nostrae obtulerint, antequam habitum nostrum assumant, accipendum est testimonium propria cuiusque manu subscriptum, quo se vere superioribus subdere, ac in omnibus rebus Constitutiones Societatis Jesu integre conservandas profiteantur.

5. Professi omnes, quorum bonum nomen hucusque permanserit, habilesque sint ad agenda in Societate munia, quando commodum nacti tempus, quoniam simul omnes non possunt, Exercitia octo dierum absolverint; tum demum privatim confirmabunt suam Professionem olim factam iuxta formulam sibi propositam, quam a se exarata, manuque propria subscriptam, Superiori reddent.

6. Non Professi vero cum bona morum suorum commendatione venientes, solis votis simplicibus antea in Societate ligati, ab iisque per Breve facti liberi, explebunt annum Probationis, quo finito, si habiles ad Societatem iudicabuntur, vota simplicia emittant. Ad hæc: habita ratione virtutum, doctrinæ et meritorum, qui ex his ad Professionem quatuor votorum proponendi videbuntur idonei, possunt ab integro tertiae probationis anno dispensari, Exercitia tamen quatuor hebdomadarum indispensabiliter absolvant.

7. Coadiutores existente Societate formati, qui cum bono suo nomine expetent admissionem, facta unius anni probatione, Coadiutorum gradum solito more faciant.

8. Qui vero Coadiutores olim in Societate, facti sunt extra Societatem Sacerdotes, præmissa simili unius anni probatione, ad gradum Coadiutorum spiritualium admittentur.

9. Curandum in primis quam maximopere, ut favore Serenissimi Ducis, cum auctoritate simul Ecclesiastica, quam primum aperiatur Novitiatus, fiatque Candidatorum diligens et cautus delectus.

10. Si a quibusdam Principibus, vel aliis Potestatibus expetentur Socii ad formandam in eorum ditionibus Societatem, poterit satisfieri eorum desideriis eodem modo, quo iuxta leges Instituti nostri et ad rationem huius præscripti, factum fuerit in Ducatu Parmensi: at me facto certiore prius.

11. Si alicubi penes domicilia nostra de novo aperiendæ forent scholæ, ad id etiam R. V. tribuo facultatem, ac maiorem in modum commendatum cupio, ut in erudienda iuventute litteris et christianis moribus ea omnia accurate observentur, quæ hac super re habentur præcripta in Instituto. Maxime vero curandum, ut libri Novatorum de aliquo errore suspecti nulla ratione dissentibus permittantur.

12. Quod vero concernit ipsam Rm. Vm., sciat sibi factam esse potestatem a me pro hac vice et in præsentibus casibus, etiam quoad constituendos locorum Superiores, cum hic et nunc difficilis sit recur-

sus, ut designentur Superiores iuxta præscriptum Instituti. Immo addo: ut casu extremæ necessitatis, quam avertat Deus, possit in sui locum designare alium cum plenitudine potestatis sibi concessæ.

13. Ad ultimum: cum divina ope omnia perfecta fuerint iuxta Constitutiones et morem Societatis, de omnibus ad me referet, ac in posterum, temporibus in Instituto designatis, quæ perscribenda sunt, mihi perscribi curabit.

Datum 20 decembris an. 1793<sup>1</sup>.

GABRIEL LENKIEWICZ

Vicarius Gen. Soc. J.

### III

#### TESTIMONIALES DADAS Á LOS PADRES ESPAÑOLES

POR LOS RESPECTIVOS DIOCESANOS

### I

ANTONIUS GABRIEL, *ex comitibus Severoli,*

*Dei et S. Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Fanensis.*

Cum per Hispaniarum regem Carolum, hoc nomine IV, quem Deus sospitet, post diuturnum exilium, in suam cuique patriam redire tandem liceat omnibus et singulis, quos ex-iesuitas dicunt, Hispanis; eis abeuntibus liceat et Nobis vehementem animi, quo indidem cruciamur, dolorem patefacere. Eum iustissimum esse is unus neget, qui nesciat, quanto studio pro communis dioceseos huius, qua temporali, qua spirituali bono, huiusmodi homines, quamdiu apud nos commo-

<sup>1</sup> Ex Regest. Epistolar. Præposit. Gen. in Russia.

rati sunt, adlaboraverint, sumptibus aut laboribus parcentes nullis, ut vel egenis subveniendo, vel verbum Dei annuntiando, vel confessiones excipiendo, vel iuvenes sana doctrina et bonis moribus informando, et Nobis semper obediendo, de Nobis, deque universo grege, in quo Nos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, optime sese meritos constanter exhibuerunt. Nimurum vestes exuentes, mores Instituto Societatis Jesu conformes retinuerunt. Fieri ergo omnino non potest, ut grex nostræ curæ commissus de iactura, quæ ex eorum discessu in cœtum quemque redundat, vehementer doleat, seseque aeternam beneficiorum, quæ ab eis accepimus, memoriam conservaturum profiteatur. Fauxit Deus, ut uberes, quos ex eorum apostolica industria percipere incepimus fructus, tamdiu durent, quamdiu alias his hominibus pares, suæ Nobis Deus gloriæ et animarum salutis administros, quod enixe peroptamus, provideat. Interea illi a Nobis discedunt, magnum tamen sui nobis desiderium relinquunt.

Datum Fani, postrid. kal. iunii, 1797.

† Loco Sigilli

A. G., Episc. Fanensis.

*Vincentius Francolini*, Cancellar.

2

ALEXANDER, *Tituli S. Mariæ in Aracæli*,

S. R. E. Presbyter Card. Matthæius, Archiepiscopus Ferrarensis.

Cum complures Hispani sacerdotes, Societati Jesu olim adscripti, ex diœcesi Ferrarensi, piissimo Catholico Rege probante, in patriam proficiscantur, postremam hanc illis benevolentiae nostræ significacionem præbere voluimus, testantes eos, quamvis diu in diœcesi nostra magno numero commorati sint, ita se constanter gessisse, ut eorum vita ac mores bonis omnibus, Nobisque maxime probarentur, religionem, pietatem, atque honestas disciplinas usque fuisse, illosque, quorum opera in procuranda animarum salute usi sumus, fideliter atque utiliter in id munera adlaborasse. Quare sicut eorum præsentia

in acerbissimis malis animus noster recreabatur, ita nunc ob ipsorum iacturam non parvo dolore torquetur. Proinde illos Reverendissimis Episcopis, in quorum diœceses pervenerint, maiores in modum sinceris sensibus commendamus.

Datum ex monasterio Badiæ Vangatitiae, die 14 iunii 1798.

† Loco Sigilli

A. Card. MATTH.EIUS, Archiep. Ferrarien.

*Petrus Coluzzi*, Secretarius

3

VINCENTIUS FERRERI, *Dei gratia Episcopus Ariminien.*

Postulat a Nobis pastoralis munera cura, ut christianarum virtutum specimina ob omnium oculos proponentes, debitibus laudibus et honore eos prosequamur, qui eiusmodi vivendi rationem perpetuo insectati sunt, qua et ipsis gloria reddatur, et ceteris in exemplum sint atque incitamentum. Quapropter universis et singulis præsentes has Nostras litteras visuris et inspecturis notum facimus atque testamur, tam RR. DD. Sacerdotes, quam laicos seu coadiutores, hispanos, qui olim suppressæ Societati Jesu nomen dedere, quotquot in hac Nostra diœcesi, integro annorum pene triginta supra unum spatio moram traxere et nunc degunt, toto eo tempore irreprehensam vivendi normam sequutos fuisse; nulla ad Nos, neque prædecessores Nostros, quod sciamus, adversus eos querela perlata, nullo ad publicam offenditionem invento scandalo, nihil ab iis non recte dictum factumque fuisse; quin etiam plures privata litterarum scientiarumque schola civium instructioni, omnes vero ad catholicae religionis incrementum totis viribus incubuisse, erectis pietatis institutionibus, altaribus, exercitiis ad cultum SS. Cordis Jesu, B. Virginis Mariae, Sanctorumque: erogata etiam ad commune bonum in egenorum plurimumque familiarum levamen ingenti pecunia: nec minus se Deo et religioni, quam sæculi sublimioribus potestatibus, obsequentes præstisset, et in præsentiarum se præstare: eximiam erga Catholicum Hispaniæ regem et Summum Pontificem fidelitatem et obedientiam præseferentes, ita ut per hanc

temporis calamitatem nemo unus ex eis fuerit, qui non egregie hominis catholici, sacerdotis Christi, et innoxii subditi personam gesserit, geratque, et debitum officium adamussim adimpleat. Quibus de causis commune civium votum sensumque experimentes, vicem Nostram, oviumque Nobis commissarum, magnopere dolemus, quum horum virorum impendentem ad patriam redditum animo revolentes, tot bonorum iacturam perpendimus et illacrimamur. Quo autem Nostra de his sententia ubique pateat, ipsisque in testimonium sit, hanc scripsimus, et sigillo Nostro, quo modo utimur, munivimus.

Datum Ariminii ex palatio nostro Episcopali hac die 21 mensis augusti 1798.

† Loco Sigilli

VINCENTIUS, Episc. Ariminien.

Franc. Ceccarelli, Cancellar.

GREGORIUS, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Casinensis,  
Tituli S. Calixti, S. R. E. Presbyter Cardinalis Claramontius,  
Episcopus Imolensis<sup>1</sup>.

Ex magno virorum extinctæ Societatis Jesu nationis Hispanicæ numero, qui in hac civitate ad multos annos morati sunt, plerosque omnes integritate vitæ excelluisse profitemur libentissime. Nec vero sibi solis vixerunt, sed aliis magis quam sibi. Nam multi, quos charitas Christi urgebat, sua bona in pauperes largiter distribuebant, familiasque sustentabant; alii, quorum non erat dives supplex, confessionibus excipiendis, etiam Monialium, Nobis non solum pertinentibus, sed imo etiam potentibus, operam dabant. Carceri addictis, aut infirmis in nosocomiis opem spiritualem ferebant, non neglecto temporali auxilio, quod a ditionibus impetrabant, atque eisdem fide-

<sup>1</sup> El siguiente año de 1800 fue elegido Soberano Pontífice. Tomó el nombre de Pío VII, y fue el restaurador de la Compañía.

liter erogabant. Reliqui vero, prælucente virtute, cunctos verbo et exemplo suo ad christianos mores vel emendandos vel perficiendos excitabant. Ex iis vero adm. Rev. D. Bernardus Allende, Americanus, talem morum vitæque totius integratam præsetulit, ut plures eius vestigiis inhærentes, salutis tramitem, sæculi pompis abiectis, inoffenso pede sequuti fuerint; omnes vero eius prudentiam, pietatem admirarentur, et uno ore confiterentur. Hæc cum vere dicimus, non possumus non dolere maxime, quod ab hac civitate et consuetudine nostra in patriam redditurus discedat; at animus erga eum vere gratus nos impellit, ut sponte hoc publicum feramus de illo testimonium, quod cedat in laudem et gloriam omnipotentis Dei, a quo bona omnia procedunt, et sine quo nihil est bonum, nihil sanctum.

Datum Imolæ, ex Episc. nostro palatio, hac die 30 mensis aprilis 1799.

† Loco Sigilli

G[REGORIUS], Card. Episc. Imolensis

Thomas Sebastianus Galeati, Cancellar.